



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

37. de causa peccati secundum quorundam opinionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

natione descenderunt) illud tradidit, ubi & venialia peccata inclusit. Hieronymus verò tantum de mortalibus peccatis loquitur, quæ vnusquisque gratia illuminatus vitare valet.

DE CAUSA PECCATI
secundum quorundam opinionem superioribus contrariam.

DISTINCT. Trigesimæseptimæ
CAP. Primum.

*Quidam dicunt nec substantiam
actus à Deo esse.*

*Post interceptæ quæ
stionis de
effectu pec-
cati deci-*

Sine eo nanque (ait Euangelista) factum est nihil, id est peccatum, quod dicitur esse nihil, non quia non sit actio vel voluntas mala, quæ aliquid est: sed quia à vero esse separat homines, & ad non esse deducit. Qui enim à summi boni participatione recedunt (quod solum verè ac propriè est) merito non esse dicuntur. Ad id autem quod dicit August. supra, Omne quod est, in quantum est, bonum esse, & Deum ipsum habere authorem, de naturis & substantiis rerum ipsarum tantum accipiendum esse tradunt, negantes bonos vel malos actus

*sequitur
alteram de
causa pec-
cati opi-
nionem.*

*cap. 35.
ab. 2. r. 42
f. 153. 2.
154. l. 1.*

f. 153. b. l. 5.

naturas esse. & sic concedunt aliquas res esse, quibus homines mali sunt, & eas à Deo non esse: quia id quo homo fit deterior, à Deo non est, dicente August. lib. 83. quæ-^{quæstio}

Reprobatio stionum, deo auctore nemo fit deterior. Sed

Substantia



ad hæc aduertendū, quòd cū dicitur Deus esse auctor omnium quæ sunt, bonorū subintelligendum est: bona autē illa esse dicunt, quæ naturaliter sunt, nō solūm quæ substantiæ sunt vel concreta substantiis, sed & omnia quæ naturam non priuāt bono. Substantiam autem sic accipi testatur August. super illum locum Psal. Non est substantia, dicēs: *Ps. 68.* Substantia intelligitur illud quod sumus, quicquid simus. Nam quòd nulla est substantia, nihil omnino est: substantia ergo est aliquid esse. Deus enim fecit hominem substantiam, sed per iniquitatem lapsus est homo à substantia, in qua factus est, &c.

Substantia multipliciter accipitur.

C A P. Secundum. Deus est auctor mali pœnæ, & non culpæ.

Poenarum enim Deus auctor est, sicut ipse per Prophetam ait: Non est malum in ciuitate quod dominus non fecerit. & alibi, Ego sum Deus creans malum, & faciens bonum. vbi *Am. 3.* mali nomine peccata intelligitur, non peccatum, sicut è conuerso, cū dicitur Deus nō esse auctor malorum, nomine mali peccata intelligun-^{es. 47}

tur. ideoque August. qui dixerat lib. 83.
 q. 5. 1. quæst. quod Deus author mali non sit, in. 1.
 li. 1. ca. lib. Retractionum, quo modo intelligen-
 dum sit aperit, dicens: Videndum est ne ma-
 lè intelligatur quod dixi, Deus author mali
 non est, qui & omnium quæ sunt author est:
 quia inquantum sunt, intantum bona sunt:
 & ne hinc putetur non ab illo pœnam esse
 malorum, quæ utique malum est his qui
 puniuntur. sed hoc dixi, sicut dictum est, Deus
 mortem non fecit, cum alibi scriptum sit, Mors
 & vita à domino est, &c.

DE ACTIBVS QVANTVM

ad potentias à quibus
 producuntur.

DISTINCT. Trigesimæ octauæ

CAP. Primum.

*Voluntas accipit speciem
 moris à fine.*

de tri. **S**ciendum igitur est, quod ex fine suo (vt
 lib. II. ait August.) voluntas cognoscitur. Finis
 cap. 6. autem bonæ voluntatis beatitudo est, vi-
 ta æterna, ipse Deus. Malæ verò finis est a-
 liud. s. mala delectatio, vel aliquid aliud, in
 quo voluntas uō debet quiescere. Finē verò
 Ps. 118 bonū insinuat Propheta dicens: Omnis con-
 summationis vidī finem, scil. charitatem.

*De causis beatitudinis
 actus interioris.*